

Capta

¶ Cum illustres domini Octo et Stefanus iunior duces Bavarie intimi amici nostri miserint nobis suum ambaxiatorem, requirentes amicabiliter quod, cum dictus dominus dux Stefanus sit dispositus ob reverentiam Dei Sanctum Sepulcrum et Sanctas Terras Domini visitare, quatenus placeret nobis concedere quod possint armare in Venetiis unam galeam omnibus suis expensis, et magnificus dominus Bernabos sacer dicti domini ducis Stefani etiam per suas literas speciales nos instanter rogaverit super hoc, et multum faciat pro bono agendorum nostrorum habere dictos dominos propicios quantum potest,

vadit pars quod respondeatur dicto ambaxiatori quod, cupientes complacere dictis dominis ducibus, quos semper reputavimus et reputare intendimus in nostros singulares amicos ob reverentiam excellentie sue, sumus contenti complacere eis per viam imprestiti de una galearum nostri communis parata et fulcita armis, coredis et aliis omnibus opportunis, quam possint armari facere in Venetiis ad suum beneplacitum voluntatis.

Venezia - Senato, Deliberazioni miste. Registro XXXIV (1372-1375), n.1053.

Istituto veneto di scienze, lettere ed arti, Venezia 2015, p.562.